



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Clavdivs, Asterivs, Neon MM. 23. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

22. Aug. VITA SANCTORVM. 411
m, dum
nnia in-
e vanite-
per occ-
redditi à
deinceps,
une Do-
tioni fu-
pluribus
elo, & in
ecumque
od vñsum
t, cùm
celi sen-
ancitas,
reti, iſe
est infe-
cāli. ex
uis! Ex
andi, qui
et tantam
e cum p.

Augusti
mobiles pa-
his rati-
iquid fo-
is baltes
e Athana-
n invifuri-
onfendit
Ic.

Interea moniteribus & comitibus Angelis usus Athanasius obviam venit virginis, & ad primum congressum fontem precibus suis dedit, tum deinde ANTHYSAE corpus undis, animum gaudiis perfudit. Et ut sciret, quem hic colorem in tam sanctis thermis in luisset, adfuere gemini cælites, qui vestie & ipsa candida candidissimam animulam donant. Hac illa superba facilè auream, quam geret, contempnit, exutamque Athanasi, ille misericordia dedit. Talis denique nutricem adiit, quæ cum pretium vestis non intelligerer imprudens culpavit scilicet virginis in tantâ nobilitate modestiam. At hæc clam matre ad Episcopum revertit, & quod sciret facile innocentiae vestem sordes trahere, impetravit alteram & fetis horridam, quæ tegeret priorem & indenrem servaret. Quin, ut ne domestici fures hanc raperent amici, in filias exporravit. Sed & nutrices pro una illa tot illic invenit, quot feras, quæ triginta & duos annos abière hospitem. Immortua est rupi (lectus hic illerat) adversus plurimos insultus dæmonis malipila etiam rupes. Ex Menais.

Caro pretiosissimorum indumentis coperta quid aliud est, quam caro scætida, corruptibilis, necnon ex omni corporis meatu scaturiens in sanieum, quam non valet sustinere vires, olfactus percipere, neque ipsa hominis natura perferre? S. Laur. Inst. I. de Humil.

SS. CLAVDIVS, ASTERIVS, NEON MM

23. Augusti.

Dicitur Ægea hodie invidiam Romæ facere, & tergeminos fratres & ipsa suos jactare, Horatius velide fortiores, quod vivus è pugna nullus abiit, omnes ceciderint victores. Illis nomina sunt

S. 2

sunt

sunt CLAVDIUS, ASTERIUS & NEON, dissimilia vocabula, cæterum virtus sub pectore eadem plænè & constantia. Primo singuli, tum totâ fratem acie pugnarunt; nec intres solum hostes, sed in totas carnificum cohortes. Videlicet ad servilem metum, virgas, cederent Christi milites, Râsum hæ, non gemitum expressere. Iam unci ferrei & ungulæ bubulique nervi in lacerato corpore integrum animum prodiderunt. Prunis & cum prunis tyranno insultarunt etiam. Tædas corpori admotas fortior ignis extinxit DEI amor. Ex equalo verò velut è cathedrâ, pulcherima & dignissima Philosophiâ Christianâ oracula considerunt. Post tot igitur pugnas meritò denique in cruce triumphavit nobilis fratum ternio. Neque obfuit triumpho huic, quod corpora feris avibus praedavererent, cum nobilissimam eorum partem animalium beatiores jam volucres abstulissent. Ex Lipploo.

Renatus & à Deo adoptatus in filium, imaginem tui porta auctoris, non maiestate, qua solus est, sed innocentia, simplicitate, mansuetudine, patientia, humilitate, misericordia qua dignatus est nobis fari & esse communis. S. Pet. Chrys. serm. 117.

S. PHILIPPVS ORD. SERV. B. M. V.
23. Augusti.

Multam multi servitutem serviunt, nulli honestiorem, quam qui servos se gloriabantur. Horum ædem, quæ Florentia est, MARIAE ab Angelo salutatæ fert nomen, ingressus PHILIPPVS noster, dum illa ad alium Philippum verba leguntur, Philippe accede & adjungere ad currum istum, videt cœli Dominam amantem.